

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Huswedel

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Huswedelius, Phil.
pr. Prof. Ad Exequias Quas ... Viro Dn. Johanni Kleinsmidt, marito carissimo,
Vidua moestißima paratas cupit Omnes omnium ordinum cives Academiae ...
invitat**

Rostochi[i]: Kilius, 1642 [i.e. 1638]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771554702>

Druck Freier  Zugang



Huswedel, J.,

in J. Kleinschmidt.

R. 1638.

24

PROGRAMMA
Quo
Rector Universitatis Rostochiensis
JOHANNES HUS-
WEDELIUS, Phil. pr. Prof.
AD EXEQUIAS
Quas
AMPLISSIMO VIRO
Dn. JOHANNI
KLEINSMIDT,
marito carissimo,
Vidua mæstissima paratas cupit

Omnes omnium ordinum cives Academiæ ad ho-
ram primam in templo Jacobæo Studiose
invitat.



ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typ. 1652
Anno 1652 CXXXVII. lxx.

Uidam de Stoica Philosophorum fa-
milia tantum sibi robur & vires animi
arrogavit, ut Jovem ipsum in certa-
men provocare non vereretur, cum
diceret, ζευς βρεχον τελεσαντος. *Jupiter plue*
calamitates: nimis quas ipse in pavide excipe-
ret, fortiter sustineret, gloriose superaret. Num
quid calamitates eo tempore non fuerint, in quib⁹
experiri suas vires potuisset, haud equidem scimus:
id scimus, hoc nostro tempore si vixisset locoq;
nullam fuisse futuram causam optandi pluviam
calamitatum: quarum undæ tam largæ & copio-
sæ in nos ruunt. Ingeniosa Graecorum natio tribus
vocabulis in sua lingua utitur, sono haud multum
differentibus & significatione rerum ita affinibus,
ut res ipsæ iis enunciatæ, vel simul oriantur vel se
consequantur. Agmen dicit ὁ πόλεμος bellum,
cujus inclem tam sentimus videmus ac dolem⁹.
Agri longè lateq; ferro & flammā vastati, coloni la-
ribus ac fundis exturbati, fusi, fugati, crudelibus e-
xemplis interfeci. Hunc ducem sequitur alter ὁ λι-
μὸς Fames. Unde enim annona suppetat vastatis
agris, ejectis aut imperfectis agricolis, gregibus & ar-
mentis mactatis, pastoribus dissipatis, nulla ne mi-
nima quidem spe sobolis relicta, quæ cladem re-
parare possit. Agmen claudit, λοιμὸς pestis intenta
non spicilegio solum, si quid forte à præcedentib⁹
reli-

relictum sit, sed quæ immitti falce obvia & oportu-
na quæq; demetit, nec ulla sexus, ordinis, ætatis
quam libet virilis & robustæ ratione habita, vasti-
tatem ac solitudinem domibus, mærorum & ægri-
tudinem animis, cladem ac damnum civitatibus
adserit. Hæc si Stoicus aliquis videre ac ferre cog-
atur, haud scio, an à Jove aliam pluviam precari o-
pus habeat. Verum in umbra Academiæ ab hoc
imbre tuti sumus! Sane haud vidi magis: Perpe-
nitius aliquis Lacon succumbat, ne dum de schola
homo, cui cum sui nervi excisi sunt, ambulare certè
non magis potest, quam volare avi ulia, cui pennæ
vel præcisæ vel planè evallisæ. Hinc mæror, gemitus,
perturbationes ægritudines, quæ abunde sufficiant,
ut quemvis Laconem vel Stoicum ad ultimā rerū
lineam admoveant vel ad incitas redigant. Igitur
hoc rerū statu ac facie, quod vel exercitio Laconico
vel sapientiæ Stoicæ, vel Philosophiæ nostræ deest
ab exemplo & instituto Redētoris ac Servatoris no-
strī commodato accipiamus, ut vere dicere possi-
mus in re nostra, quod aliquis apud Poetam in re
sua, vero an falso nihil interest, dicere potuit, Ηλαθ,
δη κεχαδη, καὶ κύντερος ἄλλο πόσις ετλησ. Hæc & alia in men-
tem venerint, allato nuntio de subita & plane in o-
pinata morte Clarissimi & Consultissimi Viri Dn.
JOANNIS Kleinschmid/ J. U. D. & Professoris, collegæ
& amici nostri colendi, perpetuaq; memoria præ-
dicant-

dicandi: cuius vita, studia & merita suo jure postulant, non tantum ut haec ejus memoriae à nobis opera tribuantur, sed ut universa Academia erga eum quantum potest, ad fectum suum testetur. Natus est ille Beatus noster, in hac civitate Rostochii Anno Christi millesimo quingentesimo nonagesimo tertio die 5. Septembr. ex honestissima & primariae conditionis familia, uti hac in civitate omnibus notum est. Pater siquidem ei erat PETRUS Kleinsmid/ Mater ANNA Reimers/ ambo ex piis, honestis & opulentis parentibus huc in civitate nati & ibidem suo tempore humati. Hi anno, quem indicavimus, honeste natum filium suum non honeste minus educandum censuerunt, initio ab Iayacro Regenerationis & Renovationis in S. Iritu S. facto: Quo cum rite & pure procuratus esset, materno lacte crevit non magis ad modum corporis quam ad habitum animi, ad pietatem, honestatem & eruditionem compositi: cuius cultum, ut & ampliorem & certiorem caperet, missus est in Iudum literarium, publicam nimirum non solius eruditionis literariae, sed multo magis obedientiae, pietatis & modestiae officinam. In ea puer gradatim, à primis elementis incepit, & ad metam decurso spatio feliciter pervenit. Jam profectus adolescentis postulabatur, ut in Academiam quasi ad celebriorem & frequentiorem literaturae mercatum se conferret hujus negotij gratia

tia. Primum igitur ex consilio amicorum & volū-
luntate parentum Academias Germanicas sibi ad-
eundas & perlustrandas putavit. Egit in iis annos a-
liquot, sed ut oculos animumq; identidem refle-
xeret ad causam quæ parentes ad se dimittendum
permovisset. Eadem bene natum & educatū ado-
lescentem impellebat, ut quid extra Germaniam re-
rum gereretur, sibi non ignorandum putaret. Iter
ergo fecit ex Germania in Galliam, in Angliam, in
Belgium, ut quod Studioso Juris & Politicæ con-
veniebat, non urbes tantum videret splendidas &
populosas, sed mores hominum & Rerum publ. co-
gnosceret vel præcipue. Ut n. apiculæ non uni in-
fident fruticeto, non uno ex florum genere mel
colligunt; ita studiosus eleganteris eruditionis ex
variis variorum locorum ingenii colligit, quo nō
suum ipsius penuarium solum instruat, sed ex quo
aliis etiā suo tempore de promat, quod usum in hu-
mana societate inveniat. Satis id supererat, evidentiter
patuit, cum Anno millesimo sexcentesimo, vigesimo
Basileā peteret ac summū in utroq; Jure Doct. titu-
lū die 4. Sept., magna cum laude im petraret. Quo
potitus, & jam pertæsus itinerum domitionē pa-
rat juvenis jam rebus gerendis idoneus, nec fortu-
na conatus defuit. Cum n. domus imperfecta sit,
quæ matre familias destituitur, hanc uti quæsivit

E 3. a T. a C. eum pru-

prudenter, ita invenit feliciter, Anno 1521. die 17.
Septembris MARGARETAM KICHLERIAM, virginem pri-
mariam, nunc viduam desiderio mariti, merore, lu-
ctu lacrimis obsitam & confessam. Ea cum patre
habuisset Virum Ampliss. & Consultiss. Dn. BART-
HOLDUM KICHLERUM, J. U. D. & Consiliarii Me-
gapolitanum, mater AGNETA CLINGIA, secundo nu-
psit, Viro Clariss. & Consultiss. Dn. REINHOLDO von
Gheren/ quem parentis ipsius loco, uti debuit, ita
semper habuit, coluitq; nec affectum postquam in
viri manum convenit, mutasse deprehensa est. Ab
his parentibus Vir juvenis pietate, virtute & literis
praeditus, titulo quoq; summi in Jure honoris or-
natus virginem sua conditione dignam haud diffi-
culter inpetravit. Et cum ea septemdecim annos,
& septem leptimanas placide, jucunde, sine lite &
jurgio vixit. Nec piis conjugibus divina benedi-
ctio defuit, cum septem ex hoc suo matrimonio li-
beros viderint ANNAM, alteram quæ in hanc lucem
prodidit quidem, sed mortua eam non vidit AGNE-
TAM, BARTHOLDUM, JOANNEM, MARGARETAM & A-
GNETAM; ex quibus duæ tantum superstites ANNA
primogenita & AGNETA postremo, quæ ut pie &
pudice educantur, ita matrem æfissimæ, prælenti &
efficaci solatio erunt. Anno millesimo sexcentesimo
trigesimo secundo, cum Vir Ampliss. & Consul-
tissimus Dn. THOMAS Lindeman/ex hac vita & Aca-
de-

demia in cælestem discessisset, atq; ita locum successoris
aperuisset, dignus fuit habitus, qui in eum locum subrogatus
ingenij sui vires explicaret, & quæ vel ab aliis per-
ceperat, vel sua sibi diligentia invenerat, cum aliis in-
luce ac sede Academica communicaret. Hanc ab eo
tempore susceptam spartam pro virili ornavit: & quan-
tum per temporis iniuriam & valetudinis, non sem-
per firmæ & constantis, vires licuit, promovit. Rectoratu
functus est superiore proxima hyeme: cujus rei difficul-
tatem & molestiam haud dubie graviorem exspectatio-
ne cum deprehendisset, non parum sibi gratulatus est,
cum deponeret: alias neq; consilio, neq; studio, neq; o-
pera, cum res posceret, Academæ defuit. His autem pro-
ximis diebus cum frueretur mediocri & fere inculpata
valetudine, externa interveniente, inopinata morbi oc-
casione in repentinum incidit animi deliquium, idq;
tantum, ut exhaustæ vires, licet aliquo modo refocillari,
restaurari non potuerint, unde factum, ut nudius quar: 9
5. Novembr. quadrante horæ ante quintam vespertinam
in Christo placide obdormieret & iter ingressus eo per-
venierit, quo ut expedite perveniret biduo ante viatico
corpotis & sanguinis dominici instructus erat. Fra-
trem reliquit Amplissimum & Prudentissimum Virum
Dn. JOACHIMUM KLEINSMID, Senatorem adhuc super-
stitem, & alterum PETRUM, qui cum Argentoratum abijs-
set studiorum gratia finem illic vitæ adeptus est. Ita
ergo vixit piæ Vir Amplissimus & Consultissimus Dn.
JOANNES KLEINSMID annos quadraginta quinq;, men-
ses duos, defunctus est placide, & ex hac Academia in
cælestem hominum electorum & sanctorum Angelo-
rum civitatem translatus. Reliquum est, ut ipsum piæ

euPhi.

¶ quia prosequamur viduae vero ac liberis tristissimis
convenienti alloquio quantum possumus subveniamus.
causa quidem doloris gravissima est, quod pia & Chri-
stiana foemina maritum charissimum amiserit, atqui hac
lege ad strictum fuit matrimonij vinculum, ut nullo nisi
hoc supremo die solveretur. Quod ergo solutum, iti no-
vimus, eus tñ solvit dolemus? Deus est qui nec sit hunc
nodum, Deus idem est qui solvit causa ipsi nota, nec ini-
justa. At morte oblitus repentina, solo unius tristis, nec
integri, decubitu defessus. Ita nimis vixerat, ut ad
reddendum, vitæ rationem semper paratus esset. Diu
vivere diu est cruciari, quid diu ægrotare? Ecquid o-
ptabilius, quam navigare simus remis ventisq; ferentib;,
& unico triduo pervenire, quo alij cum ventis & flucti-
bus luctati vix totidem septimanis aut mensibus perve-
niant? At etiam immatura obiit! Quomodo immatura,
qui pro se marito mortali curatorem substituit immorta-
lem: pro se patre terrestri, patrem ac tutorem cœlestem.
Hæc ut perse quidem talia sunt, ita naturalem affectum
vix in ordinem redigent, nisi accedat Spiritus sancti ef-
ficax alloquium, quo afflcta corda erigantur, recreen-
tur, ac restituantur; quod & fiat Deum veræ consolatio-
nis fontem rogamus. Vos vero Academiæ Cives, ad
exequias frequentia vestra ornandas, necessarium non
puto. Qui enim aliis hoc officium exhibetis, quidni
exhibere prompti & parati essetis à quo beneficia nec par-
va nec pauca accepistis: Scio aut spero saltem vos fre-
quentes ad horam funeri dictam, primam videlicet in
templo Jacobæo ad futuros & vestram ipsorum civitatis,
Academiæ ac provinciæ salutem Deo commendaturos.

P. P. Rostochij sub sigillo Rectorat. Anno 1638.
die 8. Novembris.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn771554702/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771554702/phys_0014)

DFG

GUSTAV KOCH
Buchbinderei
ROSTOCK

tia. Primum igitur ex cōsilio amicoru-
luntate parentum Academias Germanas
eundas & perlustrandas putavit. Egit in i-
liquot, sed ut oculos animumq; identi-
teret ad causam quæ parentes ad se dimi-
permovisset. Eadem benenatum & edu-
lescentem impellebat, ut quid extra Ger-
manum gereretur, sibi non ignorandum pu-
ergo fecit ex Germania in Galliam, in A-
Belgium, ut quod Studioso Juris & Pol-
veniebat, non urbes tantum videret sp-
populosas, sed mores hominum & Reru-
gnosceret vel præcipue. Ut n. apiculæ n-
sident fruticeto, non uno ex florum g-
colligunt; ita studiosus elegantioris eru-
variis variorum locorum ingenii collig-
suum ipsius peruanum solum instruat;
aliis etiā suo tempore de promat, quod u-
mana societate inveniat. Satis id superero-
patuit, cum Anno millesimo sexcente-
Basileā peteret ac summū in utroq; Jure
lū dic 4 Sept., magna cum laude impe-
potitus, & jam pertulitus itinerum dom-
rat juvenis jam rebus gerendis idoneus
na conatu defuit. Cum n. domus in
quæ matre familias destituitur, hanc u-

E 3

